



Antiquae Lectionis Tomus ...

Bipartitus, In Qvo L. Vetera Monvmenta, Nvnqvam Visa, Pavcvlis Exceptis -
Quorum Catalogum versa pagina indicat

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1604

32. Theodorus monachus de S. Magno.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64177](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64177)

911
VITA
S. MAGNI.

Auctore

THEODORO,

S. MAGNI

Discipulo,

Monacho ad S. Gallum,

CAMPEDONENSI

Abbate primo.

*Nunc primum edita ex membranis m. s. Mo-
nasterij S. Magni, in pede pontis
Ratisponensis.*



x 3

Ad



Ad Lectorem.

Magnus, inquit Trithem, lib. 3. de viris illust. ordinis
Benedicti, cap. 107. Monachus, & discipulus S. Galli,
bas, ut fertur, in Faucibus, vir sanctus & Deo dilectus, multis in
ta miraculis claruit, sicuti in gestis eius, que diligenter scripta sunt
legitur. Magnam predicandi gratiam à Deo consecutus, multorum
corda populorum ad diuinum amorem conuertit. Claruit anno
mini 660. Mortuus est autem anno aetatis sua 70. octavo die
Septemb. Hæc Trithemius. Quis Theodorus fuerit, si-
re licet ex ipsa hæc vita S. Magni, cuius discipulus fuit
Theodorus, & pœularis testis eorum, quæ conscripsit
Metzlerus de Theodoro hæc: Campidoni exiit ad Monas-
terio hæsit, vsq; dum S. Magnus vita fungeretur. Sed cum post
orum Regum imperium affectantium prælia etiam ad illas partes
pertingerent, ad S. Gallum Monasterium suum rediit, atq; à
Ho Othmaro, qui tunc monasterio præerat, receptus, & pro se
que alius fratribus quorum princeps fuit Perchigozus, ut ipse The-
odorus hic testatur seo destinatis, ibidem reliquum quod erant
magna sanctitate sub eodem S. Othmaro transegit, atq; ad Deum spe-
sians omnium sanctus migravit, sepultusq; est in Mo-
nasterio. Nondum tamen quod sciam, in-
ter Diuos relatus. Hæc Metz-
lerus.

THEODORVS, MO-
NACHVS, ET ABBAS PRI-
mus Campedonensis de vita S.
Magni.

CAPVT I.

De eo quod S. Gallus fratrem Magnoaldum B. Colum-
bano representauit.

Taque in tempore illo cum beatissimus COLYMBANVS
 simul cum beato GALLO nepote suo diuersa loca per-
 lustraret, ad diffamandum verba DEI, & peregrinandi
 causa, HIBERNIAM perueniret, quidam frater nomi-
 ne MAGNOALDVS, ex praefata patria HIBERNIAE procreatus, pulsare
 cepit aures B. GALLI, discipuli sanctissimi COLYMBANI, ita allo-
 quēs: B. Magister & domine video vos in seruitio DEI tātum sollicitos
 esse, vt Eremum concupiscentes, quantisper ibi morantes, bestiarum
 scilicet, vrsorum, bubulorum, luporum multitudo frequentet, & ad *m. s. pubu-*
 vestrum imperium recedat. Vnde vestris vestigijs prouolutus depo- *lorum,*
 sco, vt spreta falceramenta seculi, & praesentium pompam facultatum,
 temnens, aeterna praemia capere merear. Quod beatus Gallus cernēs,
 eum ad poenitentiae medicamenta concurrere, vnus cuiusq; coeno-
 bii septa, vbiq; Dominus iuberet per eius orationem concupis-
 ci, beato COLYMBANO hoc indicans obtulit eum suis obtutibus;
 sciscitans ab eo consilium & voluntatem. Cui beatus COLYM-
 BANVS respondit: Pergentes ergo filii in Eremum
 voluntatem Domini probemus, vtrum
 desideratum arripias iter,
 an non.

CAP.

CAPVT II.

*De eo, quod S. Columbanus fratrem Magnoaldum in p[ro]u-
tione probauit.*

Pergentes ergo simul tertium adolecentem, nomine SANCTUM MAGNOALDUM, in comitatum sumunt, & ad destinatum in Ercosolonia venerunt, vnus panis tantum cibo contenti. Cumque iam transisset dies, nec quicquam panis fragmentum remanisset, neque refectiois appropinquaret, imperantur à patre, ut praecep- tis eant, atq; ad ima vallis perueniant, & quicquid ad cibum opportu- reperiant, deferant. Ouantes illi, per concaua vallis inueniuntur piscium, olim à pastoribus confertam in amne, quae vocatur LIGNONA, vndisq; oppositam. Quod insipientes, & Deo quae- rentes, fumentesq; trēs, quos repperunt pisces, venerabili patre sentauerunt. At ille Spiritu sancto nouerat, sibi passim à Deo dapas paratas, & cum gratiarum actionibus sumperunt cibum post cibum iterum gratias conditori egerunt. Quod insipientes MAGNOALDVS, sequens beatum GALLVM, læto animo pronuntia- rum imperiis pariturum, & CHRISTO Domino iugiter seruaturum.

CAPVT III.

*De eo, quod S. Columbanus Magnoaldo habitum Monachicum tradidit, & propter miraculum factum nomen syno-
pando Magnum vocauit.*

Quem vir sanctus COLVMBANVS suis beatis receptum magnum in obedientiam posuit, donatumq; iuxta magnificentiam suam nomen imposuit dicens: Magnum te faciet Dominus, pro sapientia & astutia, à cuius magno nomine MAGNOALDVS vocatus. Addidit iterum: Cognita sint tibi omnia ministeria monastica, & tibi cognomen habebis MAGNOALDVS. Factoq; Monacho, tradidit ei clauem cellarii. Statimq; aperuit Deus voluntatem suam, & eius beatum MAGNOALDVM in isto miraculo patrato. Cum iam pro ra refectiois appropinquaret, & minister refectorii Somnium uisam administrare conaretur, vas quod TYPVM nuncupant, ad cellarium deportauit, & ante vas, quo ceruisa condita erat, apparuit tractoq; se traculo meatim in typum currere sinxit. Quem

um) subito patris imperio MAGNOALDVS celeriter vocauit. At ille ardens obedientiæ igne obserare meatum oblitus, pernici cursu ad B. pergit virum, & ferraculum manu tenens, ante conspectu B. MAGNOALDI astitit, videntibus & sentientibus hoc COLVBANO & GALLO. Postquam autem sibi vir DEI MAGNOALDVS quæ voluerat imperare deprompsit, ininterrogauit eum: Quid est Sonarie quod habes in manu tua? At ille ^{m. f. de p. s. s.} videretur, recordatur negligentia, & cito ad cellarium rediit, existimans nihil in vale, quo ceruifia, remansisse. Intuitus ergo vidit supra typum ceruifam creuisse, quantum in altum creuisse vrna videretur; & ne minimam stillam foris cecidisse. Quod tale miraculum inspiciens, ad pedes beati MAGNOALDI accessit, narrans ei omnia, quæ acciderant, & quæ viderat. Ille pauore percussus, quid agere deberet ignorans, concitusque perrexit ad VVINNIACVM Presbyterum; quem assumens secum ad cellarium duxit, & omnia secundum narrationem pueri Sonarii inuenit. Corruens ergo ad pedes eius, ita locutus est. Domine VVINNIACE, quid dicturi sumus domino Patri COLVBANO, si hæc audierit? At ille respondit: Absit frater, ut misericordia CHRISTI tanto viro, patrique nostro celetur. Et concito gradu perrexerunt ambo, veneruntque ad pedes COLVBANI, & narrauerunt ei omnia, quæ acciderant. Quibus COLVBANVS ait: Fratres mei, hoc non meis meritis actum est, sed intercessione viri DEI MAGNOALDI. Ille hoc audiens, prostravit se ad pedes Magistri, & dixit: Domine pater; Noli hoc dicere, quia scio pro vestris meritis hoc actum esse, non meis. Respondit beatus COLVBANVS: Tace frater. Scio utique, quia vidi ANGELVM DEI præcedentem te, quando Sonarium vocabas, qui dum SIGNVM CRUCIS super typum fecit, sicera in modum coronæ, sicut vidisti, stetit. O magnum diuinæ potentia donum, quæ adhuc neophyto suo seruo tantam gratiam conferre dignata est, ut iam MATVNVS inter fratres voceris. Ad hæc conticuit MAGNOALDVS gratias agens DEO in corde suo de magna misericordia eius,

De eo, quod *Vrſus* ad præceptum ſancti Magni poma
cuſtodiuſ.

EO itaq; tempore, cum ſub quodam ſcopulo, inter vrſu
corpus afficerent ieiunio, beatus **COLVMBANVS** & **GA**
nihilque aliud, præter ruris poma in cibus capere valerent, ac
quadam die vrſus, cœpitque neceſſarios cibus carpere, ac vrſus
poma ore detrahere, cumque iam hora refectionis adueniret, de
runt ad beatum **MAGNOALDVM**: Frater, tibi cognita ſunt poma
liora, vade & defer nobis conſuetam menſuram pomorum, quæ
cum abiſſet inter denſas frutices, vrſum proſpexit, & iuſſu
implere volens, timuit valdè. Tandem confortatus in Domino
ad feram: In nomine Domini noſtri **IEſu** Chriſti ſta paullatim
donec legam poma, quæ patribus noſtris ferenda ſunt, & tunc
ex aliis partem comedere. Mira in fera obedientia, ſeuernitate
oblita, ſtetit, caput inclinatum tenens. Tunc ille diſtinxit
frutices, ruſosque, quæ poma ferebant, elegit partem ex his, quæ
iuxta viri imperium meliora erant, ad opus ſuum ferenda, aliam
partem feræ dedit ad comedendum, dicens: Comede tu illa, quæ
ra alia in vrſus beati **COLVMBANI** referua. Fera ergo tantæ obedien
tiæ extitit, vt nequaquam ex prohibita ſibi parte auſa eſſet comedere,
ſed inſegregata, permiſſaq; ſibi fruticum parte, tantummodo cibus
caperet. Alia verò die beatus **MAGNOALDVS** iterum poma com
rens, inuenit ſalua & benè referuata; gratias agens **DEO**, ad
feram: In nomine Domini ita age quotidie. Obediens autem ha
procul dubio poma ſalua referuauit, quoaduſq; vir **DEI** in loco illo
commorauit.

CAPVT V.

De eo, quod aues iuſſu **S. Magni** ad capiendum
ſubſtituerunt.

Quarta verò die iterum dominus ſuis diſcipulis cibum præbere
tantam copiam aſſitum illis aduenire fecit, vt omnem plagam
loci illius ſuppleret. Beatus verò **MAGNOALDVS** hoc videns, iuſſu
lexit ob neceſſitatem patris, ſuorumque à **DEO** has aues terræ diſ
ſtituit.

fundi, & ait ad beatum GALLVM: Iubeat pater hæc altitia capere ad opus fratrum, si placet; quoniam à Deo dapes sunt data. Hæc dicente GALLO, ait beatus COLVMBANVS: Tu MAGNOALDE, qui in nomine Domini vrsu iussisti referuare poma, ad opus nostrum, fac iterum iuxta nomen tuum magnum opus, & impetra à DEO, vt volatilia maneant, donec capiantur à fratribus ad vsus necessarios. Ille mirans, quomodo palam factum fuisset beato viro defera, tamen non audebat eum interrogare, sed iussu eius prosternens se in orationem, pariter cum beato COLVMBANO & GALLO orabat. Eri-gens autem se Abbas dixit MAGNOALDO: Surge. præcipe capere aues. Surrexit MAGNOALDVS, gratias agens conditori, cœpit aues capere cum reliquis fratribus. Miraculum valdè mirum & stupendum! capiebantur aues, prout patris imperium erat, nec abscedere pennigera fuga nitebantur, donec beatus MAGNOALDVS ait: Si patri nostro placet, habemus per triduum aues sufficienter, & ideo bonum est, vt recedant. Sicque alitum salangas abire iubet, & sumpto volatu, qui remanserant recesserunt. Sicq; diuina misericordia ex vicinis vrribus frumenti copiam per bonos viros in gyro manentes per manus FELICIS GALLI & MAGNOALDI direxit ad beatum COLVMBANVM.

CAPVT VI.

De peregrinatione sanctorum Columbani, Galli, & Magni, & quod ad locum Turicinum peruenerunt.

INterea ruit cogitatio in mētem, quatenus SCLAVORVM terminos adiret, eorumq; cæcas mentes euangelica luce illustraret, ac ab origine errantibus viam veritatis panderet. Cumq; hæc beatis GALLO & MAGNOALDO narrasset, & ita patrari se velle profiteretur, B. GALLVS dixit MAGNOALDO: Frater, quid tibi videtur de hoc itinere nostri Abbatis? Respondit, Domine Magister, imprimis perquirite Domini voluntatem, & postea si dignum duxeritis ad proficiscendum, proficiscimini. Hoc audiens B. COLVMBANVS iussit triduanū ieiuniū fieri, & incessanter misericordiam Domini implorari, vt eis suam indicaret voluntatem. Tertia verò nocte Angelus Domini per visum illis tribus apparuit, & ambitu paruo, quasi paginalis orbis stilo describi circulum mundi compage monstrauit. Cernitis, inquit, quod totus orbis mæcat desert? dicit COLVMBANO. Perge dextra læuaq; vbiq; eligat.

eligas, ut comedas laboris tui fructum, non est tibi opus illic pro-
randi. Hæc audiens beatus COLVMBANVS, intellexit similitudinem
visionem sibi monstratam non esse gentis illius in promptu habita-
fectum, & ideo quicuit in loco solummodo, contentus vniuersi-
gistri MAGNOALDI, qui & Magni famulatu, donec aditus ad
via paderet.

Interea orta est insimulabilis inter THEODORVM RHE-
& THEODOPERTVM, vtrisque namque gentium robore immen-
perbientibus. Inter quæ vir DEI ad Theodopertum venit, et
suis sedibus, atque intra suis finibus libentissimè receptus, de
optionem quemcunque in parte voluisset experimento quæ-
cum, qui sibi & suis placeret ad habitandum. Inquit tumque
audiuit à beatis viris GALLO & MAGNOALDO, qui iam perhibita
bebant spacia locorum, locum laudabilem fore infra Germani-
terminos situm in ALAMANNIA circa RHENVM fluvium, oppidum
que olim dirutum, quem PRIGANTIUM nuncupant. Quem pro
dubio ratum ducebant fore, ut impetraretur à Rege, & pro
saltus ipsius iuxta ipsum oppidum stantem, vbi apta loca inuen-
quiverant ad manendum. Dedit ergo eis Rex iuxta petita
Sanctorum COLVMBANI & GALLI, ac MAGNOALDI prædictum
pidum, locaque vasta intus in saltu consistentia, sed non plura
nisi pauca ibi inuenire poterant apta ad cellulam construendam. Se-
que per alueum RHENI nauigantes peruenerunt MOGONTIAM, ubi
que ab Episcopo loci ipsius sumptis necessarii suffulti sunt, facta
beati COLVMBANI vita habetur. Peruenerunt autem ad prædictum
oppidum, ibique morantes expectabant euentum rei inter Theodo-
RICVM & THEODOPERTVM. Beatus verò GALLVS cum B. MAGNOALDO
do fratribus, qui iam ex LVXOVIO venerant, simul cum Abbate relicto
quasi ab hostium præda ingressi sunt saltum, & in eo huc & illic per-
gentes, diuersa loca circumeuntes, reppererunt infra ipsius saltus
minos loca venusta, & famulis DEI ad omnem opportunitatem con-
grua, proximasq; nationes vndique haberi ad predicandum. Re-
uersi sunt iterum ad virum DEI, laudantes loca, quæ inueniuntur.
Quibus vir DEI ait: Quantes illic moremur aliquod tempus,
construamus cellam, vsque dum Dominus dederit nobis ad
proficiscendi in ITALIAM. Perrexerunt ergo ad locum, vbi
tus erat beatus GALLVS, id est, circa lacum TVRICIVM, inde per-
ouantes ad locum antiquum destructum, qui vocatur NARBONA demora-

Prigantiæ,

sunt inibi cellam construentes, & euentum inter THEODORICVM & THEODOPERTVM expectantes. Cùm hæc agerentur ab illis, facta est inter THEODORICVM & THEODOPERTVM, iuxta TVLBIACENSE castrum, ibiq; prælio inito, innumera hominum multitudo ex vtroque exercitu perit; victus tamē THEODOPERTVS, fugit. Ea verò hora, quæ apud TVLBIACVM bellum illud commissum est, vir DEI COLVMBANVS, operantibus discipulis GALLO & MAGNOALDO cum cæteris fratribus, qui ex LVXOVIO venerant, sedens supra truncum querci putrefacti librum legebat. Quem sopor subito oppressit, dormiensque quid inter duos reges ageretur, vidit. Experget factus ministrum MAGNOALDVM vocat, cruentamq; ei regum pugnam indicat, & humanum sanguinem multum fundi suspirat. Respondit MAGNOALDVS ad pedes magistri prostratus: Et ego Domine pater sopore oppressus iacebam subtus arborem abietem, & visum est mihi simul eos confictum inter se habere, arreptoque baculo volebam THEODORICVM percutere, & THEODOPERTVM defendere, sed prohibuit me quædam species, dicens. Non est tibi necesse cum ictuari, quoniam Dominus cito vindicabit magistrum tuum de eo in interitu ignis. licet euigilans fessinabam huc ad vos venire, & hanc visionem narrare, interim te vocante me. Dum ergo mirarentur ambo de his visionibus, alius minister astans EYNOCHVS nomine temerario conatu ait: Pater mi tuis precibus præbere deberes suffragium THEODOPERTO, vt hostem communem THEODORICVM debellaret & expellat. Cui beatus COLVMBANVS ait: Stultum ac religioni alienum administras consilium. non enim Dominus ita vult, qui nos pro inimicis nostris orare præcepit. Et MAGNOALDVS inquit: Verè Domine, vestra sanctitas benè de hoc sentit, quoniam in arbitrio iusti iudicis esse debet quid de his fiat. THEODORICVS verò persecutum THEODOPERTVM apprehendit, & ad auiam suam BRVNNIILDAM direxit: Ipsa autem eum clericum factum, nimis impiè perimi iussit. THEODORICVS morans penes METENSEM ciuitatem diuinitus percussus inter flagrantis ignis incendia mortuus est, & beatus COLVMBANVS cœlitus vindicatus. Porro LOTHARIVS collecto exercitu fines regni quæ suæ ditioni tenebantur, recepit, & SIGIBERTVM, qui ei resistere volebat, cum quinque filiis THEODORICI peremit, BRVNNIILDAM verò captam, & indomitum equorum caudis ligatam, miserabiliter vita priuauit, ipse scilicet solus trium regnorum potitur Monarchia; cognoscens quippe in hoc facto Prophetiam viri DEI impletam fuisse. Vnde & beatum COLVMBANVM

BANVM voluit magnis honoribus ditari, sed ille respiciens terrenos honores, relicta GALLIA atque GERMANIA, ITALIA ingressus est, ab EGILOLFO LONGOBARDORVM REGE susceptus est, largiente receptione infra ITALIAM quocumque in loco voluisset, habitare. Quod liter autem beatum GALLVM & MAGNOALDVM discipulos suos in LAMANNIARELIQUIT, non est silendum, quomodo hoc Dei factum est.

CAPVT VII.

De professione sancti COLVMBANI in ITALIA, & quomodo MAGNOALDUS relictus est in Alemannia in solatium sancti Gallii & a populo terra Magnus vocatus est.

PER agratis igitur locis circa locum TVRICINVM, & perueniens ad caput loci ipsius, qui dicitur TVCONIA, inde venerunt ad BRIGANTIVM, qui tunc CONSTANTIANENSIS dicebatur ad partem tam cellula, quam ante construxerant; predicantes populo Chanaan colere, & simulacra vana & surda in frustra comminuerunt. Ob quam famulo zelo diabolico populus inflammatus propter simulacra diruta in frustra comminuta, ceperunt cum SIGIBERTO Principe tradere eos a finibus suis eiecerunt. Egit autem hoc arte sua diabolus, ut populum, quem in praesentia lucis per praedicationem beatorum vocatum admittere cepit, discedentes a sanctitatis fulgore, tenebris occuparet. Igitur sancti viri molesti ferentes quod sede pellentes amabili, consilio communi in INTO ITALIAM petere decreuerunt, relinquentes beatum GALLVM & MAGNOALDVM cum nonnullis Clericis, ita dicentes: Deus enim, cui seruiumus, Angelum suum misit nobiscum, qui nos perducet ad EGILOLFVM LONGOBARDORVM REGEM, ubi eius clementia praeparante humanos affectus & pacis numerum habitationis locum inueniemus: vos autem a quo animo discedite fratres. Igitur cum iam tempus proficiscendi instaret, beatus Gallus repentina febris inualuit, pro qua re aduoluit Abbas sui pedibus predicans te infirmitate vehementi laborare, ideoque propositum non perficere. Ille vero existimans cum pro laboribus ibidem consummatum, amore loci detentum via longioris detestare laborem, dixit ei: Scio frater iam tibi onerosum esse tantis pro me laboribus fatigari, tamen hoc discessurus denuncio, ne me viuente in corpore missam celebrare praesumas. Et cum ei licentiam per se conueniens

dedisset viam ingressus est abeundi. Audiens hæc MAGNOALDVS, procidit ad pedes eius, dicens: Domine pater, quid me vis agere? Si eum reliquero, absque adminiculo erit, & deficiet; tamen sequor te, si volueris, ipso relicto, sicut Petrus secutus est Dominum, relictis retibus suis. Respondit ei beatus COLVMBANVS: Scio te MAGNOALDVM magnum futurum esse, & lucrare DEO ex populis Orientalibus plurimum, ideoque te nolo mecum proficisci, sed relinquo te & THEODORVM felicissimum nostrum GALLO obsequiis parituros, vt cum omni diligentia eius recuperationi seruiatis. Dico tamen tibi MAGNOALDE, quid te volo esse acturum, & quomodo cum eo morari debeas, futurum est enim, vt peractis aliquot diebus, Diacognatus officium ab Episcopo CONSTANTIENSE accipias: sic volo vt moreris cum GALLO vsque dum tempus veniat me ab hac luce discessurum esse. Itaque si fieri potest, vt me ægrotante, tibi que Spiritu sancto reuelante, ad me venire possis, gratum est mihi: aliàs mihi defuncto quoquo modo sit, Domino annuente reuelatum fuerit, sic acceleratè ad sepulchrum meum festina, & inde accipies epistolam & cambuttam meam quam affer GALLO, vt eum absoluas iudicio meo. Nuntio autem tibi quod defuncto GALLO post triennium vastatum fuerit sepulchrum eius à raptoribus, te & THEODORO inspiciente. Et vt hoc factum fuerit, restaurato sepulchro eius properè festina ad locum vbi auditum habemus, quod sanctus NARCISVS Episcopus diabolo præcepit draconem interficere. Ibi Domino opitulante plurimos ad fidem Christi conuertens, animas eorum lucratus eris Domino, atque habebis ibi nomen tibi à Domino impositum, & vocaberis à populo terræ illius MAGNVS, propter fidem quam prædicaturus eris; Ibi enim occurrent tibi demones multa mala ingerentes, sed tu confortatus eris à Domino: & his dictis profectus est.

*Vide commentariū
M. V. eleri
in vitam
S. Afric.
num. 39.*

CAPVT VIII.

*De eo, quod sanctus Gallus cooperante beato
Magno in Eremita cellam
construxit.*

POST eius quoque discessum GALLVS retia sua & sagem nam nauim imponens, cum duobus clericis suis MAGNOALDO & THEODORO ad WILLIMAKVM presbyterum venit. Qui susceptus ab eo, & cum omni diligentia suis adminiculis preparatis, à MAGNOALDO & THEO-

THEO-

THEODORO procuratus est. Trāfactis aliquot diebus Dominorū
lā impertiente, q̄ verus est medicus, cepit ſumere cibos; ſicq̄ per
crementa recuperationis temporum confortatus priſtinę ſan-
reſtitutus eſt. BEATVS VERO & FELIX à tanto languore liberatus, ce-
pit laborare in populo, vt eis viam veritatis oſtenderet, & amari-
morbos ſua ſacra prædicatione depelleret. Inueſtigato autem in
dam Diacono nomine HILTBOLDO, qui omnes ſeruitas
ipſius notas haberet, inuenit locum ſpatioſum & planicie ſer-
ſum, atque benè aptum ad manendum, circumquique per
montes excelſos, torrentemq̄ optimè fluentem, ſed & feris, &
ſtibus atque ſerpentibus, nec non & diabolicis habitacionibus
num. Sumens ergò ſecum duos diſcipulos ſuos beatum MAG-
ALDVM & THEODORVM, ad ipſum locum peruenit, coope-
te autem gratia ſuis ſanctis interceſſionibus MAGNOALDVS ſan-
ſequi, locus ille à feris & vermibus, ſeu diabolicis inhabitacionibus
mundatus eſt, & cella facta ceperunt ibi habitare, & Deo ſer-
Porò beatus MAGNOALDVS expulſis à ſancto GALLO à
dæmonibus, perrexit ſuſum in montem, qui vocatur HIR-
BERG, ibique inueniens vrſum, præcepit ei, vt diſcederet in no-
ne Domini. Et continuò audita voce eius abceſſit. Nuntiantes
hoc latenter beato GALLO, retulerunt pariter gratias Domini
ſaluat ſperantes in ſe.

CAPVT IX.

*De eo, quod ſanctus Gallus filiam Ducis Gunzani à Da-
monio liberauit. & beatus Magnus aurum &
argentum oblatum pauperibus
erogauit.*

INTECA nunciatum eſt illis GAUDENTIVM CONSTANTINENSIVM
piſcopum de hac vita emiſſiſſe. Et hoc audito, vnanimis precibus
& lacrymis inſliterant pro reſquite defuncti paſtoris. Deniq̄ non
multos dies epiſtola cuiuſdam Ducis, nomine GUNZONI, cellata ad
beatum GALLVM, poſtulans, vt quantocius poſſet, propere
eum: veniensq̄ filiam eius vnica à maligno ſpiritu inuoluntate
raret. Ille verò omninò interdixit tale quid acturum ſe eſſe dignum
& ideo non veniret. Iterum atque iterum præfatus Dux deprecatus
eum per legatos, vt acceleraret iter, indicauit iam contumaciter
172

vexari, & vsque tunc tres dies sine alimonia perdurasse, & nisi ce-
 liter aduenisset, ipsa procul dubio Spiritum cum diabelo exhala-
 ret. Hæc itaque audiens beatus GALLVS, prostratus in oratione
 diutissime orauit, & confusus de Dei misericordia & pietate, sumens
 secum duos discipulos MAGNOALDVM & THEODORVM pro-
 fectus est, & venit ad Ducem. Domino igitur gratias agens, videns
 puellam à maligno spiritu valde conturbatam, orante beato MA-
 GNOALDO, imperauit beatus GALLVS demonio in nomine Do-
 mini vt exiret. Et recessit in similitudine auis nigerrima cum fe-
 tore nimio, atque eadem hora apprehendens manum puellæ ele-
 uauit eam. Et surrexit sana, & reddidit eam matri cum gaudio. Ma-
 nifestauit autem Dominus in hoc signo, cuius meriti essent beatus
 GALLVS & MAGNOALDVS typum sequentes beatorum APO-
 STOLORVM PETRI & PAULI, vt sicut orante beato Paulo Apo-
 stolo Petrus demonibus, qui ferebant SIMONEM MAGVM in æ-
 ra, imperauit, vt eum relinquerent, & relictus cecidit, sicque diffusa
 sunt omnia viscera eius, mortuusque simul cum demonibus ad in-
 fernam deductus iacet; ita & isti orante beato MAGNOALDO, & im-
 perante sancto GALLO, dæmon à puella abscellit. His ita Domi-
 no annuente patris, Dux iussit ei dona magna offerri, insuper vt
 apicem gradus pontificalis dignaretur assumere postulauit. Cui vir
 beatus respondit: Ecce testis meus, mihi que valde amabilis MA-
 GNOALDVS scit, qui hoc vidit, quod altaris officium interdixit
 mihi beatus COLVMBANVS magister meus non usurpare, nisi ab
 eo permixtus, viuente illo: qua de repondus huius regiminis, quod
 offers, suscipere non possum. Veruntamen si hoc indubitanter fie-
 ri cupis, sustine me interim, donec præsentem sodalem meum
 cum epistola mea mittam ad Abbatem meum beatum COLVMB-
 BANVM, & si eius cognouero voluntatem & licentiam habuero,
 tunc demum oblatum onus curæ pastoralis à te suscipiam. Et Dux
 ad eum: Fiat, inquit, secundum verbum tuum. Sicque susceptis
 donis ei oblati, dimisit eum in pace. Vir ergo Dei beatus MA-
 GNOALDVS, sumens quæ donata fuerant, detulit ad nauem. Ve-
 nerabilis autem pater impetrauit à Duce, vt iuberet ARBONENSI
 præfecto, vt ei solatium præberet ad construendam cellulam suam.
 Et continuo Dux tam manifesto compunctus iudicio sanctitatis
 eius, iussit omnia fieri quæ poscebat, & construere cellulam iuxta
 suam

suam dispositionem. Valeicens pater Duci recessit, ascendit nauem, venit ad castrum ARBONENSE, & præcepit MAGNOALDO, vt faceret conuenire omnes pauperes & egenos quocumque uenire posset, & dona quæ à Duce data detulerat, illis distribuere. Cui beatus MAGNOALDVS dixit: Pater, omnia quæ præcepisti bentianimo complebo. Sed habeo vas argenteum pretiosum, vt reseruem illud, vt sacrum vas ministerii diuini ex eo faciamus. Respondit: Fili, vas quod possides cum cæteris pecuniis pauperibus conferre curato, ne contrarius inueniaris, exemplo salubri memoriam retinens beati Petri sententiam, quam paralytico prolanti pecuniam protulit: argentum & aurum inueniens non est tibi. Hæc audiens beatus MAGNOALDVS, gratias agens Duci tantum viri iussione, omnia pauperibus erogauit. Et his explicitis si sunt ad dilectæ solitudinis locum, & ceperunt construere eam cum ingenti prudentia.

CAPVT X.

De eo, quod beatus Magnus à Ioanne Episcopo
Constantiensi Diaconus est or-
dinatus.

NAM non multo post tempore, misit epistolam beatus GILBERTVS ad IOANNEM Diaconum, rogans eum, vt venire ad eum. Qui cum venisset ad eum, erudiuit eum diuinis libris scientiæ cooperante gratia DEI, constituit eum eorum DVCE plenam scientiæ & virtute, atque diuinarum scripturarum intelligentiæ, quæ est indigena vicinorum locorum, cui merito testimonium proferri oportari quod viro decet, diuino eum credens electum iudicio verbo fiero promouendum. Cumque hac attestatione vir sanctissimus IOANNEM laudaret, DVX eum cum electione populi, velle, mollet, cuncta congregatione cæterorum Episcoporum Pontificatum CONSTANTIA CENSIS ciuitatis ei tribuit, immò à vicinis Episcopis delectatione solenni benedictionis officio ordinauerunt antistitem. Dux itaque venerabilis his perpetratis, memor sancti viri Prophetæ CALYMBANI de Diaconatus officio beati MAGNOALDI litterarum CONSTANTIA CENSIS Episcopo fore inter multa salutiferæ consolationis verba hæc sapius inculcauit, vt beatum MAGNOALDVM qui iam cum eo omnium veneratione sublimis, congruo tempore

niente, initium quadragesimalis ieiunii, primo Sabbati ieiunio perpetrato, diuino eum commendaret iudicio ad Diaconatus officium peragendum, cui IOANNES Episcopus respondit: Magister, paterna sollicitudine mecum his diebus eum relinquit, vt adueniente ieiunio quadragesimale quatuor temporis futuri facias quod hortaris. Quo audito beatus GALLVS paterno honore omni necessitatum subsidio relinquens eum iustissimo MAGNOALDO, ingenti venerabilis patris familiaritate confusus, cum multiplicato commendauit amore. Perueniente autem sancta sollempnitate venturi quadragesimali, beatus MAGNOALDVS accepta à IOANNE antistiti sacra benedictione Diaconatus officii, reuersus est cum gratiarum actionibus DEO relatis ad cellam beati GALLI Abbatis.

CAPVT XI.

De constructione Monasterii per sanctos Gallum & Magnum, & de sancto Othmaro.

Cooperunt autem tunc temporis ædificare Ecclesiam beatus GALLVS & MAGNOALDVS, construere monasterium, mansiones per gyrum ad commanendum fratribus preparare, suffulti REGIS SIGBERTI & DVCS GYRZONIS adiutorio. Construxerunt ergo monasterium miræ magnitudinis, & fratres inibi coadunatos doctrina & exemplo ad æternæ vitæ desideria concitauerunt. OTHMARVM puerum ex ALAMANNORVM genere curiosè nutriendos, atque doctrinam Grammaticæ artis seu diuinorum librorum eum erudientes, magistrum scholæ constituebant.

CAPVT XII.

De transitu sancti Columbani, & baculo eiusdem, quem sanctus Magnus de Italia portauit, beato Gallo in signum absolutionis.

QVadam verò die dum post matutinalis officii laborem quiescendi gratia lectos suos reuilerent, primo diluculo vir DEVS vocauit MAGNOALDVM Diaconem suum, & dixit illi: Instrue sacræ oblationis ministerium, vt possim diuina sine dilatione celebrare mysteria. Et ille: Num tu, inquit, pater MISSAM celebrabis? Qui dixit illi: Post huius vigiliis noctis, dominum & patrem meum COLUMBANVM cognoui per visionem ad celos de huius vitæ angustiis

migrasse, pro eius ergo requie salutis hostiam debeo immolare. E-
 gno pulsato, oratorium ingressi, & in orationem prostrati, con-
 runt MISSAS agere indefinenter postulantes pro commemoratione
 beati COLYMBANI. Finito sacra deuotionis officio, venerabilis
 LVSDIXIT ad MAGNOALDVM Diaconem. Fili, non tibi graue
 tur petitionis meae pondus, sed arripe viam & ITALIAE partem
 transiensque vsque ad monasterium, quod BOIVM nominantur
 genter perquirito, quid actum sit circa Abbatem meum. Non
 diem & horam, vt si eum compereris esse defunctum, possis
 re, vt vtrum visio mea veritatis fulciatur effectu. Hec ergo omnia
 licita inuestigatione perdiscens, regressus nunciabis mihi. Dum
 ad pedes magistri prouolutus ignotum sibi iter conquestus est,
 vir benedictus voce blanda eum ac timent, ammonuit. Per-
 quit, & Dominus diriget gressus tuos. Hac consolatione roboratus
 pii doctoris alumnus praeccepto paruit, & accepto benedictione
 tico viam festinanter aggressus est, memor Propheciae beati COLY-
 BANI, qui asseruit eum venturum esse ad sepulchrum suum in
 LIA, & cambuttam suam adsumere, sanctumque GALLVM per
 abfoluere. Cumque peruenisset ad monasterium, vt volebat, per
 omnia ita contigisse, sicut patri suo per visionem fuerant quae
 Mansit autem vna nocte ibi, & accepit à fratribus epistolam ab
 tum GALLVM, continentem veneranditansum COLYMBANVM,
 & baculum ipsius, quem vulgo CAMBYTTAM vocant, per mag-
 Diaconi transmiserunt, dicentes; Sanctum Abbatem suum
 transitum iussisse, vt per hoc notissimum pignus GALLVS abfolu-
 tur. Dimissus autem ab illis iter acceleravit, & prospere in omni-
 agens, die octaua venit ad sanctum Patrem, ferens epistolam ab-
 tionis indicium. Lecta epistola sanctus GALLVS lacrymas pro-
 vberrimas, & collectis fratribus causas meroris aperuit. Deinde
 ti patris memoriam precibus sacris & sacrificiis salutaribus frequen-
 tauerunt.

CAPVT XIII.

*De obitu sancti Galli, & quod beatus Magnus ad eius
 exequias Ioannem Episcopum Constan-
 tiensem vocauit.*

INterea commanens beatus MAGNOALDVS cum sancto Ga-

ere annis decem post perpetratum iter ab ITALIA. Decimo verò anno videns eum infirmari, & a februm constrictione languescere, misit nuncium ad IOANNEM CONSTANTIAEENSIS Ecclesiae praefulem, inuitans eum ad beatum GALLVM, qui valde infirmitate iam februm detinebatur. Audiens ergo Episcopus illum infirmari, velociter properare cepit in partes illas. Cumq; iam prope oppido ARBONENSE IOANNES PRAEVL appropinquaret, B. GALLVS a februm vi valde fatigatus, expletis annis aetatis suae nonaginta quinq; in senectute bona illa anima carne soluta est, & ab ergastulo saeculari liberata. Itaque praefatus Praeful audiens beatum virum ab hac luce discessum, stens & eiulans peruenit ad locum, vbi sanctum corpus iacebat. Expletis verò obsequiis tanti viri, cum beato MAGNOALDO expleta oratione feretrum cum corpore sancto imposuerunt super equos indomitos, & absq; freno vel duce eos dimiserunt ire, vbi Dominus iuberet. Equi autem indomiti ferentes feretrum manluetè, neq; ad dexteram, neq; ad sinistram declinantes, recto itinere peruenierunt ad cellam, quam vir DEI sibi construxerat. Et cum peruenissent ante oratorium, steterunt, depositoque feretro discipuli eius MAGNOALDVS & THEODORVS eleuantes sanctum corpus intulerunt in Ecclesiam, & ante altare posuerunt, deinde pariter cum Episcopo orationes congruas facientes sepelierunt eum. Episcopo autè ad propria remeante reliquit beatum MAGNOALDVM & THEODORVM, nec non & OTHMARVM virum pulcherrimum caeteris fratribus non plurimis, ad custodiendum sancti viri corpus.

CAPVT XIV.

De fractura sepulchri S. Galli, & quod beatus Magnus flagellatus, vulneratus & despoliatus esse derelictus.

Igitur post triennium, vt completeretur propheta beati COLVMBANI, quod ante praedixerat beato MAGNOALDO venturum fore de sepulchro sancti GALLI. OTWINVS pessimus DVX, & ERCHONALDVS praefectus consimilis eius, collecta multitudine populi valauerunt ipsum cenobium, & cuaginati gladiis frangentes ostia, & sumentes omnia, quae ibi reppererunt in auro & argento & caeteris utensilibus, nec non & oratorium ingressi fregerunt sepulchrum beati GALLI, putantes ibi magnum thesaurum absconditum esse. Vt

al. Ervoinus & Erchanoaldus.

autem nihil in eo inuenerunt, (niſi) relicta oſſa B. GALLI inuenerunt
interfecerunt omnes, quos reppererunt, præter B. MAGNOALDUM &
THEODORVM, quos etiam flagellatos ac vulneratos, atq; deſpectis
reliquerant iacentes in atrio.

CAP. XV.

*De eo, quod Boſo Episcopus Conſtantiensis B. Magni viſi-
menta, & alimoniam dedit.*

AVdiens hoc Boſo nomine CONSTANTIANſIS Eccleſie
ſul, quod violatum eſſet ſepulchrum S. GALLI, celeriter pro-
curatus eſt partes in illas, & veniens illuc, inuenit cœnobium deſolatum
altaria nudata, B. MAGNOALDVM & THEODORVM vulneratos, quorum
eri corporis reliquias tumulo reſtituere volebant, ſed non habebant
vires. Tunc præſcriptus Episcopus miſericordia motus ſuper eos con-
ſolatus eſt valdè, & ſacrum corpus B. GALLI cum ſuis Clericis ven-
rabiliter cum pſalmis & hymnis; cæteriſq; orationibus in eodem
pulchro recondidit, foſſamq; terra repleuit. Data ergo benediſſima
duobus fratribus MAGNOALDO & THEODORO largitus eſt deſolatio-
ſtimento, nec non alimonia præbens, dedit eis licentiam proficiendi
di, vbi illis Dominus diſpoſitum iter haberet veniendi.

CAPVT XVI.

*De eo, quod Boſo Episcopus beato Othmaro Monasterium ſan-
cti Galli commiſit, & ſanctus Magnus cum Theodoro duo-
uimero Tozzone preſbytero ad lacum Bri-
gantium venit.*

Mſit autem poſt OTHMARVM præclarum virum, qui fugam in
euaferat, & acceſſit eum, & commendauit illi locum, deſolatum
leg. Domus PIPPINO, qui tunc tēporis MAIOR DOMNVS vocabatur, interrogatus
quid de ipſo cœnobio fieri vellet: Vtq; diuina venit ſuper ERCHONALDVM
auctorem huius ſcleris, & OTWINVM ita. Nam non pau-
multum temporis miſit PIPPINVS exercitum copioſum ad deuolu-
dum ALAMANNORVM prouinciam, ſuaque ditioni & Francorum
ſubingendam. Cumq; tota terra hoſtili repletur incurſu, OTWIN-
NVS & ERCHONALDVS neſcientes, qua parte ſe flederent, ſunt
ipſos gladio interfecerunt, quatenus vitio diuina in eos perpetrata

fata signa manifestarent. MAGNOALDVS itaq; & THEODORVS prostrauerunt se simul in oratione, Domini misericordiam implorantes, vt disponderet iter illorum secundum suam voluntatem partibus orientis ne quasi fraudulenter abscedentes beati Patris corpus relinquerent. Memores iterum prophetie beati COLVMBANI, qui dixit: venturum fore beatum MAGNOALDVM in Eremo orientali, ad FONTES ALPIVM IVLIARVM, vbi beatus NARCISSVS Episcopus TOLESANÆ ciuitatis iussit Diabolo draconem interficere, quando sanctam AFRAM conuertit ad fidem. Sequenti vero nocte per visionem beato MAGNOALDO demonstratum est, vt fiducialiter pergeret, Domini adminiculū sibi semper nosset adesse. Facto igitur mane iterum orationibus attentius exorati sunt, vt Dominus eis demonstraret viam & iter commodum, quomodo vellent eos illud ire. Adueniente ergo meridie presbyter quidam ex ipso pago aduenit TOZZO nomine, qui iam audita habebat famam beati GALLI, & ideo causa veniebat ad sepulchrum eius, ferens ardentem cereum in manu eius. Quem cereum miro modo illuc attulit, scilicet vt quando nocte proficiscebatur, cereus ardebat, & nullo modo à vento extinguī poterat. Die autem veniente lux ab ipso cereo per se illico subtracta est. Cumque viderent eum MAGNOALDVS & THEODORVS venientem, cereum quippe per ardorem minime minui, admirati obuauerunt ei, & interrogauerunt, vnde veniret. At ille per ordinem exposuit, vnde erat, & quomodo ei reuelatum fuerit, vt visitaret sepulchrum beati GALLI, immo eos, quos inueniret, velle proficisci partibus Orientis, recto itinere duceret eos, vsque dum ad locum desideratum venirent. Illi hæc audientes prostrauerunt se in orationem, Domino gratias referentes, qui talem ducem eis ostendete dignatus est, vt neque per angustam viam eos errare permitteret, & tunc demum susceperunt Presbyterum, deosculantes eum, duxerunt in Ecclesiam ad sepulchrum beati GALLI: factaque oratione, duxerunt eum in hospitium suum, tribuentes ei, prout poterant necessaria. Et conuiatorem eligentes, sicque prafatus Presbyter pernoctans cum eis, orto mane orantes coram sepulchro beati GALLI, & benedicentes DEVM, atq; valedicentes fratribus, qui ibi erant, simul profecti sunt, arripientes iter iuxta lacum BRIGANTIVM, vsque ad locum, qui dicitur BRIGANTIA, ibiq; morati sunt dies duos.

Vide commentum M. Velleri in vitam S. Afrani. 8.

CAP.

De cæco, quem sanctus Magnus apud Brigantiam illuminauit.

TVncillis ibi manentibus, cæcus quidam, qui multorum bonæ cognitioni pago in illo notissimus erat, obuius erat beato MAGNOALDO, postulans ab eo alimentum. Ille reminiscens beatorum Apostolicæ dixit: Non sum ego dignus meæ quipare lux sancti, qui dixit: Argentum & aurum non est mihi, sed in nomine eius ei potestatem dedit, ut faceret quod fecit, & cæcum illuminauit, & rirere oculos tuos imploro ut videas, & manibus tuis laborando acquirere possis. Et hæc dicens linuit oculos eius cum. Et non mora sanguis ex oculis eius prorumpens aperti sunt, & cæcus corruit ad pedes eius, dixit: Domine video, quoniam MAGNVS & magna opera tua, idè si vis, sequar te, quocunq; ieris. Ille respondit: Si vis Domino seruire, tunc sequere me. Sicq; post hoc numerum profecti sunt, secutusque eos cæcus & dux iuuenis, ecclesie Tozzo.

CAPVT XVIII.

De boa, quam sanctus Magnus apud Campidonam interfecit.

Venierunt itaq; post aliquot dies ad locum, qui vocatur Campidonam, ubi repperunt oppidum valde formosum, sed in deserto. Tunc interrogauit beatus MAGNOALDVS presbyterus quomodo ille locus vocaretur, vel fluuius, qui ibi defluerat. Ille respondit. Locus iste ab incolis terra huius sæpissime visitatur, & vocatur CAMPIDONA, sed non sunt ausi saltem vna nocte hinc iterum propter diuersa genera vermium, qui hinc sunt. Fluuius verò vocatur HILARA, qui multos homines potius in mare irem verit, quam in latitiam. Nobis autem oportet velocius transire, ne vermes hinc esse sentiant, quoniam si senserint, magnum impetum facient super nos ad deuorandum. Plurimos namque homines, qui causa venationis huc venerunt, deuorauerunt, non permitentes eos vna nocte hinc iacere. Respondens beatus MAGNOALDVS dixit: Verè Dominus noster Iesus Christus potestatem habet similitèr vermes de isto loco eijcere, sicuti habuit eijcendi vros & impositos.

rasq; feras & vermes, nec non & Dæmones per orationem Domini & magistri nostri GALLI, de loco, quem ipse elegit, ad construendam cellulam. Nobis ergo, permittente Domino, oportet hac nocte hinc manere, & dixit ad THEODORVM, Frater, tuum est orare, & Domini misericordiam implorare, vt nobis auxilium præbeat ad euicendos vermes de loco isto, & Dæmones qui in eis latitant, quoniam à te est iste locus construendus, ideoque oramus pariter, vt Dominus nos exaudire dignetur, & mundare istum locum, quod est ab hominibus propter timorem vermium inhabitabile. Et hoc dicens, prostrauerunt se in orationem. Dum verò orarent, egressus est foris de oppido vermis magnus, qui dicitur BOA, & impetum faciens super beatos viros, iacentes in oratione. Presbyter verò TOZZO, qui eos ducebat, videns eum, exclamauit voce magna, dicens. Heu me, quòd huc vos adduxi, & in fugam versus, & cum eo qui cæci fuerant, festinabant ad arborem, vt se liberarent. Itaque beatus MAGNOALDVS & THEODORVS confisi de DEI misericordia, surrexit MAGNOALDVS THEODORO orante, & faciens SIGNVM SANCTAE CRVCIS coram se, arripiensque cambuttam, quam à B. GALLO acceperat, & CRUCEM quam secum portabat, perrexit in occursum vermi, & dixit. Impero tibi in nomine Domini mei IESV Christi, vt hinc iaceas, & Diabolus qui in te latitat, ipse te interficiat. Et cum hoc dixisset, percussit eum cum cambutta in caput, & statim crepuit medius, & mortuus est, ceteri verò vermi, qui in oppido, & circa oppidum ipsum morabantur, omnes in fugam versi sunt, & nusquam comparuerunt. Sicque mundatus est locus, & morati sunt ibi vnam hebdomadam Domino gratias referentes, qui eos exaudire dignatus est.

vide comment. M. Velferi in vitam S. Afrænum 90.

CAPVT XIX.

De eo, quòd beatus Magnoaldus non plus Magnoaldus, sed Magnus est vocatus.

THEODORVS itaq; vt vidit tam magnum signum factum à Domino & B. MAGNOALDO, surrexit, & eleuatis manibus ad cælum dixit. Domine DEVS omnipotens, qui fecisti cælum & terram, mare, & omnia quæ in eis sunt, tibi gratias refero, te inuoco, te adoro, tibi laudes psallo, qui nos liberare dignatus es à tanto periculo, & à tali deuotione vermium. Et cum hoc dixisset, cucurrit ad beatum MAGNOALDVM flexis genibus, osculatus est pedes eius, & dixit: Ve-

rè non vocaberis vltra MAGNOALDVS, sed MAGNVS, quoniam tibi Dominus tantam gratiam intulit, vt per te iste locus pacificetur, non solum à vermibus, sed etiam à dæmonibus. Adhac beatus MAGNOALDVS. Noli dicere frater, non sum Magnus, sed minimus seruus seruorum DEI. Tuæ ergò orationes exaudite sunt à Deo, & idcirco meis meritis, sed DEI iussione isti vermes recesserunt. Nunc autem voca conuiatorem nostrum, & purgemus locum istum, quia Dominus vult eum preparare ad ædificandam cellam. Tozzo autem vt vidit, os ambos incolumes esse descendens de arbore, ad quæ cõfugerat eum eo, qui cæcus fuerat, prostrauerunt se ad pedes eorum. Erat Tozzo. Vere Dominus est in loco isto, qui beato MAGNO tantam gratiam contulit, vt eum sua cambutta tale signum inauditum faceret. Nunc ergò fiducialiter ducam vos per desertam & angustam locum vsque ad locum, quem electum habetis ad manendum, quia vult tantam à DEO vobis concessam potestatem, vt per vestra merita diuersa hæc loca purificentur, & quæ nunc sunt inhabitabilia, Domino annuente habitabilia efficiantur. Respondens beatus MAGNVS dixit: Præsentem hebdomadam hic manemus & ædificemus oraculum paruulum, vt discat populus terre istius qualem misericordiam eius Dominus conferre dignatus est in loco, manseruntq; ibi ipsam hebdomadam. TOZZO vero cucurrit per vicina loca sibi cognita ad homines, qui ibi morabantur, & diffamans hoc signum. Venerunt ad illum locum, & attulerunt alimonia sufficienter, nimis valde admirantes de tanta virtute DEI, & plurimi per prædicationem beati MAGNI ad fidem conuersi, & baptizati à Presbytero TOZZONE, & Domino gratias agentes, manserunt ibi colentes terram illam. Transactis tribus diebus illis pernoctantibus in oratione, die verò laborantibus.

CAPVT XX.

De clamore Dæmonum & expulsionem eorundem per S. Magnum.

CVM verò tertia nocte aurora dici surgentes celebrare vellent matutinales laudes, subito dæmones in aëre volantes, heulantes à magno strepitu & fremitu voces emittentes, quasi impetū supra TOZZONEM Presbyterū facientes clamabant. Tu inimice senioris nostri & nostri, vt quid induxisti virum istum cum socio suo, qui de nos, & gloria nostra, per quæ multas animas lucrabamur à loco isto euellit? Magister

gister autem illorum semper nos cum suis maleficiis, sicut & iste inuocato nomine Domini vincere consuevit. Iste vero non solum nobismetipsis, verum etiam in membris nostris cum terribili nomine ADONAI victos habet & expulsos. Hoc audiens praefatus Presbyter TOZZO tremefactus, tamen muniens se SIGNA CVL O SANCTAE CRVCIS, festinus perrexit ad virum DEI, & indicauit illi, quae viderat & audiverat. Tunc bellator fortis & electus DEI pariter cum THEODORO profrauit se in orationem, & huiusmodi verbis Dominum deprecatus est dicens: Deus omnipotens, ineffabilis, & inastimabilis, qui nos secundum misericordiam tuam, non secundum merita nostra à membris istorum Dæmonum, & à venenis mortiferis illorum eripere dignatus es, tu audio placido has à nobis suscipe preces, sicut suscepisti magistri nostri GALLI, & iube hos Dæmones hunc locum deserere, vt sit sanctificatus in honore nominis tui quotidie * cantanti gallis. Et fargēs ab oratione, egredientesq; de oratorio audierunt eos clamantes, & euulantes atq; clamantes. Tu MAGNETRIA nomina portas in capite tuo, & cum TRINITATE nobis tanta mala obiiicis? Et tu THEODORE quid tibi est nobiscum? Venient dies, quando non habebis MAGNUM apud te, & tunc pugnaturi erimus aduersum te per varios errores, homines terrae istius aduersum te excitantes. Sanctus vero MAGNVS respondens dixit. Miseri, confitemini si scitis sanctam TRINITATEM DEI. Et illi dixerunt. Scimus eam ineffabilem esse & immensam. Et beatus MAGNVS. Nunciam quia confessi estis sanctam TRINITATEM, impetro vobis non meis meritis, sed per immensam potentiam TRINITATIS, vt hunc locum deserentes in montes desertos eatis, vbi Dominus voluerit, & huc reuertendi ulterius potestatem non habeatis. Ad hanc vocem continuò Dæmones dixerunt. Heu quid faciemus? Alium GALLVM hinc habemus. Iste GALLVS peior est priori, quia cum suis GALLICINIS nos & membra nostra pariter eiicit, sed nec in Eremo permanere permittit. Porro ex illa die tam pleniter abscesserunt, & in fugam versi sunt, vt postea ibi non comparerent. Et sic factum est, vt ab illa die omnes homines in illo loco tranquille habitare permitti sunt.

f. ac 5,
Gallie

De eo quod B. Magnus reliquit Theodorum in Campidona, ubi se profectus est ad locum, qui Fauces vocatur.

HIS itaq; gestis beatus MAGNVS Diaconus dixit ad Theodorum Deo gratias frater, quia demones recesserunt. Nunc bonum est, ut locus iste à te custoditus & constructus sanctificetur, populusque loci, qui deinceps venturus est, hic ad adorandum potius, quam venandum. THEODORVS respondens dixit: Mi domine iura preceptum tuum facio, sed ut audiero te consolidatum in locum à Diabolo electum, venio ad te, & visitabo te. Et his dictis valedicens, que inuicem deosculantes, profectus est beatus MAGNVS, secum conuiatorem & ducem itineris TOZZONEM Presbyterum, linquens cum THEODORO cæcum, qui visum recepit. Itaque cœcum nescire, transitoque fluuio perrexit recto tramite, sicut eum viator loquebatur, sicque venerunt ad locum, qui vocatur EPITACTVM, & inuenit ibi Episcopum SANCTÆ AVGVSTÆ VINDELICENSIS ECCLESIE, nomine WICHTHERVS. TOZZO igitur propter notitiam, quam in Episcopo habebat, præcessit B. MAGNVM, venitque ad præfatum Episcopum, & narrauit ei omnia de sancto viro, quæ viderat & audierat. Præfatus autem Episcopus interrogauit de qua origine esset. Excepit Presbyter: Domine sicut audiui à THEODORO, qui nunc est rediit ad CAMPIDONAM, de HIBERNIA prouincia est ortus. Vt autem inuenit Episcopus eius famam bonam, suscepit eum benigne, coepitque eo loqui, & moratus est cum eo paucos dies, sciscitans ab eo quid dicit de beato COLUMBANO & GALLO, & de itineribus eorum, & de conuersatione, & sine vitæ eorum, ac de virtutibus, quas fecerunt. Deinde interrogauit eum, ubi voluntas eius esset proficiscendi. Respondens beatus MAGNVS dixit: Domino disponente directus sum ad locum, qui vocatur FAUCES, ubi propè sunt FONTES ALPVM IULIARVM, ubi Draco fuit, qui iubente NARCISSE Episcopo à Diabolo interfectus est, quatenus annuente Domino quidquid boni ibi edificare poteram faciam. Nunc igitur paternitas tua decernat, quomodo voluntas mea sit me agendum, quoniam ad tuum imperium prompto animo ad beo agere, sicuti Dominus reuelauerit mihi per os tuum. Ego autem senex & grandæuus, cupio in ultimo meo tempore illam locum

uifere, & Deo ad feruendum preparare, exemplum fequens domino-
rum meorum COLVMBANI & GALLI. Ad hæc WICTHERPVVS Epifco-
pus refpondit: Locus ille valde anguftus eft & inhabitabilis, & iam di-
uerfa fera ibi morantur, id eft, cerui, apres, plurimi vrſi: & propter il-
lorum multitudinem domnus REX PIPPINVS ad ſuam venationem
exercendam faltum illum tenet. Vermes etiam plurimi & diuerſi ge-
neris ibi morantur. Beatus MAGNVS arripiens ſtatim boni paſtoris
inicia dixit: Pater tale miniſterium habuerunt magiſtri mei COLVMB-
ANVS & GALLVS, vt quando ad talia loca venerunt, Dominus no-
ſtrus IESVS Chriſtus feras diuerſi generis, & vermes per orationem illo-
rum ilico expulit ab illis locis. Similiter ego credam, quod DEI miſe-
ricordia non permittet eos manere in ipſo loco, dum aduenero. Ad-
quieuit autem verbis illius WICTHERPVVS EPISCOPVVS, & dedit ei ſo-
lamina ciborum, præbens ei conuiatorem TOZZONEM preſbyterum,
& duces itineris qui eum perducerent ad locum à DEO ſibi deſtina-
tum.

CAPVT XXII.

*De eo, quod beatus Magnus in loco qui dicitur Capue
equi, Draconem interfectis.*

CVMque venirent ad locum qui vocatur CAPVT EQVI, iacebat
ibi in vno loco anguſto DRACO magnus, qui non permittebat
vllum hominem per illam viam tranſire. Cùm ergò beatus MAGNVS
iam prope ipſo loco eſſet, dixit ad TOZZONEM preſbyterum: Frater,
conſtruamus nobis hic tabernaculum hac nocte manendum, & ore-
mus Deum, vt expellat præſentem membrum diaboli ab iſto loco, at-
que aditum permittere dignetur nobis ad properandum. Fecerunt
itaque vt imperauerat, & manferunt ibi. In tota autem nocte illa non
ceſſauit beatus MAGNVS orare, & Domini miſericordiam implorare,
vt Draconem ſubuertere dignaretur. Circa verò mediam noctem
ſurgens beatus MAGNVS dixit ad TOZZONEM: Mitte mecum homi-
nem qui me ducat ad locum, vbi Draco iacet. Reſpondit TOZZO: Ti-
meo igitur ſi te illuc adduxero, ab eo deuoreris. Ad hæc vir ſanctus.
Si Deus pro nobis, quis contra nos? Pergamus ergò fiducialiter, quia
qui liberauit DANIELEM de lacu leonum, poteſt & me eripere de ma-
nu huius beſtiæ. Itaque cùm hoc dixiſſet, miſit in peram ſuam panem
ſanctificatum, & manu ſua ſumens picem & refinam, atque cambu-
tam ſancti GALLI, CRYCENQVE in collo ſuo appendens, perrexit &
dixit:

dixit: Deus omnipotens, qui eduxit me de regione longinqua
 sicut **Tobia** famulo suo mittet Angelum suum mecum, qui
 ret me ab ore ipsius Draconis, & ostendat nobis locum salutis
 desiderii aptum. Et hæc dicens, muniuit se **Sienaculo** sacris
 & de pane sanctificato misit in os suum, & paululum aque, sic
 ait ad locum, ubi Draco iacebat, relinquens omnes socios in
 naculo præter solum Ducem itineris. Cumque vidisset eum
 ilico surrexit, impetum faciens super eum. Ille habens in manu
 & resnam proiecit in os eius, inquit: adiua me Domine
 meus. Et cum hoc dixisset, confestim Draco cepit ardere, & in
 tuus est. Ut vidit ille qui cum eo erat hoc actum, surrexit coram
 & peruenit ad socios, & dixit: Surgite, venite & videte, quia
 gnus vir Draconem interfecit. Surrexerunt ergo & inuenerunt
 tum **Magnus** iacentem in oratione, & gratias Domino referen-
 tem. Dignum quippe erat, ut quod diuino inchoabat amon-
 stantissima prece Domino commendaret, quoniam Dominus
 per os beati **Narcisi** Episcopi Diabolum iussit interficere
 conem; ita & per manus tanti viri socium eius fecit interire.
 viderunt autem Draconem interfectum, descenderunt ad ruperem
 quidem Draco impetum facere nisus est super sanctum virum
 byter **Tozzo** dixit: Gratias tibi agimus Domine, qui nobis talium
 rum & tam magnum ostendere dignatus es, ut per merita suorum
 purificentur, efficiunturque habitabilia, quæ ante erant inutilia.

CAPVT XXIII.

*De Ecclesia quam beatus Magnus construxit, & **Villor-**
pus Episcopus Augustensis dedicauit, quam po-
 puus cellam sancti Magni
 nuncupauit.*

FActa verò oratione transierunt illum angustum locum, & ven-
 runt per viam, iuxta Licum flumen ad locum speciosum qui
 habebat nomen, erat tamen planies bona. Habebat autem beatus **Magnus**
 Diaconus pendentem in collo **Crucem**, in qua continebantur
Reliquiæ beate **DEI** **GENITRICIS** **MARIÆ**, & de ligno
 etæ **CRUCIS** atque sanctorum martyrum **MAURICII** & locorum
 eius, nec non beatorum confessorum **COLYMBANI** & **GALLI**. Inuenit
 ergo supra præfatum flumen locum valde honestum & formidabilem
 in quo

in quo loco arborem stantem pomiferam valdè decoram, suspendit-
 que CRVICVLAM in ipsa arbore, & vocauit TOZZONEM presbyte-
 rum, atque prostrauerunt se pariter coram CRVICVLA in oratio-
 nem. Tum vir venerabilis beatus MAGNVS huiusmodi preces emisit.
 Domine IESV Christe qui pro salute generis humani de virgine
 nasci & mori dignatus es, ne despicias deprecationem meam, sed per-
 mitte nos construere in hoc loco oraculum in honore genitricis
 tuæ, & præpara hic habitationem tuis seruitiis aptam. Finita verò
 oratione cœperunt construere fundamentum, & ædificauerunt Ec-
 clesiam. Qua constructa inuitauerunt WICTHERPVM Episco-
 pum, vt veniret, & eam Domino & sanctæ MARIÆ dedicaret. Ve-
 nit ergò præfatus Episcopus ad illum locum, ammirans valdè quo-
 modo illuc venire possent, nisi per gratiam DEI, & dedicauit Ecclē-
 siam in honore DEI genitricis MARIÆ & sancti FLORIANI Mar-
 tyris Christi, & sic administrare cœperunt ad laudem Christi in illo
 loco diuina officia. Igitur cum fama virtutum, quas Dominus per
 beati Confessoris sui merita piè quærentibus exhibere dignatus est
 vt longè lateque circumpositorum mulceret aures populorum, cœ-
 perunt vndique alacri deuotione ad tanti patris suffragia postulanda
 concurrere, eundemque locum ob suæ dignitatis memoriæ, CEL-
 LAM sancti MAGNI nuncupare, & multiplicibus substantiæ seu posses-
 sionum amplificare donariis.

CAPVT XIV.

*De eo, quod beatus Magnus de loco, qui dicitur Fauces, Da-
 mones expulit, & oratorium construxit, quod VVick-
 herpus Episcopus Augustensis
 dedicauit.*

CVMque res hac largitate fidelium accidissent collatæ, secessit vir
 beatus propter multitudinem populorum, & perrexit ad vicina
 loca, quæ vocantur FAUCES, quatenus ibi familiarem locum Do-
 mino annuente sibi construeret ad manendum, relinquens præ-
 fatum presbyterum TOZZONEM in Ecclesia populum illuc ven-
 turum custodiendum, vocauitque ipsum locum SYNAGOGA, id
 est, congregatio populorum. Ergò cum circa meridiem cau-
 sa quietioris vitæ ad paruum locum tenderet, in supradicto loco
 requiesceret, subitò Dæmones à monte vicino cum magno strepitu
 de ver-

de vertice montis proximi quasi vna voce vocauerunt, alios in pelago
 fluuuii LECHI consistentes, quasi nominatim. Cumque & hi qui voca-
 bantur praesto se esse responderent, aiunt ipsi de monte Surgere ad
 in adiutorium, vt peregrinum istum pessimum & magum cuiusdam
 de his sedibus, quoniam ipse more GALLI sui simulacra nostrorum
 triuit, & populum, qui nos sequebatur, per se auertit, in super & Do-
 cones nostros inter fecit. Commoueat autem vos iniuria quam no-
 mur, & iuncti viribus presentem hostem communem a nostris ter-
 nis funditus expellamus. E contrario ipsi de profundo responderunt
 Heu quid de vestris narratis angustiis, nos ex nostris iam percipimus
 calumniis; nam Angelus eius iam nos in pelago premit, & nec a
 mus ex pelago transire, nec quicquam eius contingere, quia in
 nomine Domini, Angelus cum flagellis igneis nos flagellat, & re-
 re compellit. Quapropter nec vobis prodesse valeamus, nec nobis
 tam fortis bellator est iste, vt nostrae virtutis saltem nec similitudo
 fimenti eius superare queant. His auditis vir Dei beatus Ma-
 muniuit se vndiq; SIGNACULO SANCTAE CRUCIS, & dixit illis: In
 mine Domini mei IESU CHRISTI, non pro meis meritis, sed per meritum
 beati GALLI Confessoris Christi, adiuro vos, vt recedatis ab illo
 & ulterius neq; hic manere, nec neminem ledere praesumat. Eius
 dictis festinus rediit ad Ecclesiam sanctae MARIE, quam construxerat
 narrauitque TOZZONI presbytero omnia q; audierat in illo loco. Cum
 que voluissent vespertinum tempus psallere, audite sunt dire voce
 demoniorum per montium summitates, quasi discedentium ciuitatis
 cum terrore profusi. Et haec audientes serui Dei prostrauerunt
 orationem Domino laudes & gratias persoluentes, qui eos liberum
 dignatus est de terrore malignorum spirituum. Sequenti vero die be-
 tus MAGNVS cum presbytero TOZZONE regressus est ad praefatum lo-
 eum, & ibi construere ceperunt oraculum parvissimum, accersit
 est a TOZZONE WICHTHERPVS Episcopus, & dedicauit ipsum oracu-
 lum in honore & sub nomine sancti SALVATORIS.

CAPVT XXV.

*De eo, quod Pippinus Rex per interuentum VVilberpi Episcopi
 Augustensis monasterium beati Magni, quod dicitur
 ad Fauces, donis regalibus dotauit.*

Igitur cum fama virtutum, per confessoris sui merita, quas Domi-

nus illo in loco exhibere dignatus est venerabili Episcopo nota facta
 sunt, quosdā religiosos Clericos in discipulat^o eius memoriā cōmen-
 dauit. Qui diuino amore succens, per viginti quinq; annorum curri-
 cula, obsequia p̄bentes ad laudem Christi die ac nocte, horis atq; mo-
 mētis iussu suo obedientes. Relicta itaq; venerabili patri q̄ necessaria
 erant ibidem degentibus, profectus est p̄fatus Episcopus WICTHER-
 FYS ad gloriosum REGEM PIPPINVM, qui tunc tēporis GERMANIAM totam,
 GALLIAMq; regebat, secū epistolam portans beati CELYMBANI q̄ ad LO-
 THARIVM, direxit, flagitans p̄ sanctis viris GALLO & MAGNO cōsistentibus
 in regno suo, vt eos benignē per amorem Domini foueret, eisq; fami-
 liarialoca, prout oportunum foret, in sua mercede tribueret. Sed hoc
 LOTHARIVS minimē implere valuit, propter diuersorum inimicorum
 DEI infestationibus. P̄fatus Rex propter amorem & petitionem
 fratris sui KARLOMANNI, qui propter DEVM relinquens temporalem re-
 gni gloria pompā monasterio se tradidit, qui elemolynā suā largi-
 tate, nec non & per petitionē p̄fati Episcopi ipsum locum sublimare
 in aliquo solatio dignaretur. Cumq; gloriosus Princeps accepisset epi-
 stolā compunctus ex petitione fraterna diligētē exquirere cepit, qua-
 lis ille locus esset, quē p̄fatus Episcop^o postulasset. Tunc dux ei^o no-
 mine GYNZO ex prouinciis AVGVSTENSE & RETIÆ respondens dixit:
 Vere Domine Rex, ille locus tenuis quidē facultate est, sed optimus si
 impeditio vermium decesset ad vnaadum, quia plurimi cerui, damulæ,
 & hinnuli, ibicēq; diuersi morantur, vrsorum quoq; ac luporū multi-
 tudo plurima. Tunc Episcopus cepit narrare de virtutib^o beati viri,
 quomodo Domino adiuuātē Draconē interfecit, & ceteras virtutes
 quas Domin^o p̄ merita ipsius & orationes in illis locis ostēdere digna-
 tus est, & quomodo à vermibus locus ille mundatus est. Hec audiens
 gloriosus Rex PIPPINVS commotus valdē animo dixit. In veritate cō-
 peri, quia quāuis locus tam tenuis sit facultate, tamē pro meritis tanti
 viri celebrē erit diffamatus rumore, sicuti auditū habemus iam locū
 esse, vbi corpus beati GALLI requiescere videtur. Inquisuit ergō à p̄-
 fato GYNZONE, quomodo in vicina loca potuisset tributarios inueni-
 re de eodem pago, qui vectigalia annuatim redditibus regis inferre
 debebant. Et inuenit in ipso vicino loco pagum, quod vocatur GEL-
 TINSTEIN sibi per omnia annuatim tributa persolvere. Inter cetera
 ergō munificentia suā dona, quæ impertuuit beato viro, dedit ei totū
 ipsum saltum, cum marcha firmitatis, quæ in epistola sua fecit con-
 scribi, & vectigalia, CXXIII, quæ ex p̄fato pago inferre debeant
 bb annua-

annuatim, quatenus pro memoria beneficiorum eius perpetuo permaneret. Et ne quisquam ex successoribus eius tanti obsequii boni, fecit conscribi suae firmitatis epistolam, atque ut mos eius eorum circumspicere roborari cautela, quatenus deinceps tam in eodem saltu ad sanctam MARIAM, & ad sanctam AFRAM per eandem traditionem absque ullius violentia praefatus Episcopus WICTHERPVVS, omnesque successores eius obtinerent auctoritatem. Huiusmodi potestatis WICTHERPVVS Episcopus adornatus solaciis, & sublimibus honoribus, impertitusque donis optimis beato MAGNO a rege PAVLO latus ad patriam regreditur, iniungens beato viro ea cum omni diligentia, dandisque ei potestatem, ut in loco sibi commendato ad supplicandas beatae Mariae excubias, & sanctae AFFRAE omnem ordinem canonicam instrueret vitam. Ex illo tempore ipse locus a beato viro MAGNO exordium sanctitatis accipiens, augmentatus autem & sublimatus a Pontificibus AVGVSTENSIS, Christi nomen vique hodie laudabiliter dilatari non desinit.

CAPVT XXVI.

*De eo, quod WICTHERPVVS & Theodorus coronam splendidam
nubibus fulgentem super caput sancti Magni
descendentem viderunt.*

His itaque praelibatis cum audisset THEODORVS, qui apud eandem CAMPIDONENSEM morabatur, beatum MAGNUM consolidatum in loco quem Dominus disposuerat, cepit properare partes in illis videret qualiter & quomodo Domino annuente in his locis moraretur. Ut autem ad eum peruenit, salutantes se inuicem, & deosculantes oculos pariter & manus, narrauit ei THEODORVS innumerabilia, quae passim est a pagensibus Hilargaugiensis. Sed tamen quamuis tantas iniurias & calamitates ab eis sustinuerit, aedificauit ibi Ecclesiam paruumque altare sancti HILARE, quae postulabat ut apud WICTHERPVVM Episcopum impetraret, quatenus illuc proficiscens, ipsam basilicam Domino in honore sanctae MARIAE, genitricis eius consecraret. Venerunt quoque ambo ad locum, qui dicitur EPATICVS, repereruntque ibi supra altare Episcopum in oraculo suo sedentem & orantem. Ergo ut obtutibus eius ad praesentari sunt, narrauit ei beatus MAGNVS Abbas de THEODORO, quod literum cum magno labore Ecclesiam constraxisset in loco CAMPIDONENSEM & quae

& quomodo deprecabatur, ut ille illuc properaret, ipsamq; Ecclesiam
 Domino consecraret. Audiens hæc venerabilis Episcopus respondens,
 dixit ad eos: Dicam prius vobis venientibus q̄ cogitabam, & sic con-
 gruo tempore Domino annuente proficiscar. Verè charissime pater
 MAGNE, nunc sedens hîc cogitabam, ut tanquam Deus omnipotens
 te ita magnificentiam habet in illo per multa miracula eius, accersirem
 te, futura venturaque sollempnitatis ieiunii septimi mensis, & sacer-
 dotii dignitatem supernis gratis fauentibus te promouerem. In-
 clinato denique capite beatus MAGNVS inquit: Cur hanc obiectionem
 afferis pater peccatorum meorum squaloribus & flagitiis fœtere
 me video. Iccirco vita mea non est talis, ut amabilis paternitas tua
 me ad tantam dignitatem promouere queat. Ergò noli deprecationem
 nostram pro peccatis abiicere, sed Domini prouocatus manda-
 tis incipe salubre iter, viamque veritatis desiderantibus aperiri. Post-
 ea mihi seruo Dei indigno, quando paternitati tuæ placuerit, se-
 cundum benignitatis munus impende, ne refutare videar, quæ à Do-
 mino disposita sunt super me seruo suo. Et cum hæc diceret, viderunt
 ambo WICTHERPVVS Episcopus & THEODORVS coronam
 splendidissimam adhaerentem capiti suo in modum rotæ circa Solem
 in nubibus fulgentem. Continuo autem surgens, amplexatus est
 eum, & osculans oculos & os eius, dixit: Deus omnipotens, qui per
 potentiam matris suæ in te tantam virtutem ostendere dignatus
 est, ut pro eius amore patriam tuam derelinqueres, & præcepta eius
 conseruares, ipse te faciat locum tibi ab eo destinatum custodire &
 sublimare cooperante gratia Spiritus sancti tecum. Respondit
 THEODORVS, Amen. Ad hæc iterum inquit Episcopus: Bene vo-
 eatu istelocus EPTATICVS, quia in medio constat inter monaste-
 rium sanctæ AFRÆ & cellam tuam: ideoque scias, quia per me-
 um discidium hanc hæreditatem permanere cupio ad sanctam MA-
 RIAM, & ad sanctam AFRAM, quatenus quasi mediator sit locus
 iste successoribus nostris, inter monasterium tuum & ciuitatem san-
 ctæ AVGVSTENSIS Ecclesiæ. His dictis, surrexit venerabilis Episco-
 pus, & profectus est ad castrum CAMPIDONENSEM, descenditque cum
 illo beatus MAGNVS simul cum eis THEODORO, & venerunt ad ca-
 strum. Conuocata autem multitudo populi in die sollempni dedica-
 tionis Ecclesiæ, vir venerabilis Episcopus prædicationis dulcedine a-
 quidorum corda refecit. Sicque iussu suo beatus MAGNVS ea q̄ viderat
 tanta sapientia luce vestiuit populorū corda, ut summa cū gratulatione

auditus, & ineffabili veneratione à cunctorum ordine sit oratione. duo itaq; ibidem manentes cum gratiarum actione, populis benedictione tanti patris armatus, & ab Episcopo oculo pacis tributa sua reuerſi ſunt. Venerabilis Episcopus & sanctiſſimus Abbaſ ſequentes THEODORVM ad cuſtodienſã Eccleſiam CAMPIDONENSIVM

CAPVT XXVII.

*De eo, quod beatus Magnus factus presbyter in monte
Sulinc vrſo monſtrante venas ferri
inuenit.*

BEatus itaq; MAGNVS morans in cenobio ſuo, quod ſibi pariter ad FAVCES, per viginti quinq; annos magnas virtutes operatus eſt Deus per eum, illuminans cecos, præbens ſurdis audientiam, Daemonia à plurimis eiiciens, claudicantibus greſſum tribuens. Sed docuit populum, & conuertit ad fidem CHRISTI, & ad credulitate eius, relinquentes idola vana & ſurda, & credentes in Domino Ieſu Chriſtum, inſuper etiam per orationem eius oſtendit Deus venerationem ſacerdotalem, cum ipſe circuiret montes & colles per diuerſa loca explorans, & intuens plurima loca apta ad manendum, quibus die aſcendens in montem excelſum, qui vocatur SVLINC, inuenit ibi plurimos vrſos, commorantes in maxima ferocitate. Sed facta oratione cœperunt ante eum tam mites effecti adgreſcere, vt videlicet boues qui ante bubulum pergunt, ita irent ante eum. Vir ergo beatus proſtravit ſe in figuram CRUCIS ad terram, & preces Domini deuotius effudit, vt populo pago in illo moranti aliquot adminiſtrationes præberet ad victualia acquirenda. Interea vrſus vnus adpropinquans ad eum cum magna mitigatione cœpit cum pede monſtrare abietem magnam, & quaſi ſignificans quod ſub ipſa arbore copta venas ferri conſiſteret. Hoc vt homo Dei vidit, dixit ad feram: Præceptum tibi in nomine Domini, vt ad ipſam abietem eas, & quia gladius non habemus, neque foſſorium, vt poſſimus radices eius incidere, in nomine Domini cum pedibus & dentibus tuis euelle rumpasque radices eius, quatenus nobis Dominus demonſtret ſuam voluntatem in adiutorio populi terræ iſtius. Ad eius ergo præceptum bona conuerſa cœpit radices arboris rumpere, & cum dentibus fruſtrata, donec ipſa arbor cum radice funditus ab vrſo effoſſa corruerit.

sicq; monstratæ sunt diuersæ venæ ferri ad fumendum, Vir deniq; benignissimus gratias Deo agens, assumens panem de pera sua, quam secum habebat, integrum famulanti porrexit, & ei ita præcepit. In nomine Domini mei Iesv Christi panem istum manduca, & sequere me, atq; ad istum locum hominem, quem tibi monstrauero, absq; vlla læsione adducere stude, defendens eum ab aliis feris, si eum lædere voluerint. Et hoc factō, circumpositos montes & colles cum aliis feris habeto communes, ita vt nullum hic hominem lædatis, neq; pecora eorum. Et his dictis, reuersus est beatus vir MAGNVS ad cellulam suam, secutusq; est eum vrsus, sicuti canis, qui sequitur Dominum suum. Ergo vt ad cellam appropinquaret, vocauit hominem suum nomine LITTO, & præcepit eum venire, & adferre secum securem & fossorium, atq; alciam, & commendauit eum vrsō, & dixit. Istum hominem sanum & incolumem perduc ad istum locum, quem Dominus ostendit nobis, & caue, ne aliquam læsionem ab aliis feris patiaris. Belua itaq; conuersa obediens iussioni eius, cœpit pergere ante hominem, & aperire viam, atq; monstrare semitam. Sicq; adduxit eum ad locum incolumem, vbi arbor corruerat. Nullam aliam feram permittens ad eum appropinquare, donec vir effodiens sarcinulam suam compleuit, & per eandem semitam vsq; ad cellulam viri Dei reduxit. Hoc factō vrsus ad saltum reuersus est. Homo verò prostravit se ad pedes B. MAGNI, & dixit: Verè Domine nunc cognosco, & certus sum, quia Dominus omninò est tecum, quoniam & bestia Eremi obediunt tibi veluti Iesv Christo: nam me vrsus tam præuidit, & custodiuit, vt nec saltem alias feras ad me accedere permitteret. Ille autem dixit ei. Caue diligenter ne alicui hoc dicas, dum ego vixero, sed præpara aditum cæteris hominibus, sicuti vrsus te duxit, quatenus viam noscant illuc proficiscendi, & Domino annuente deinceps opem habeant ad victualia, cæteraque necessaria per ferrum acquirenda. Ab illo ergo die nota facta sunt incolis terræ illius in ipso loco, & gyro diuersæ venæ ferri, quæ per merita B. MAGNI permanent vsque in præsentem diem.

CAPVT XXVIII.

De vltima infirmitate beati Magni & eius obitu, & exequiis, ac sarcophago mirificè procurato.

bb 3

Cumq;

Cumq; tranſſent viginti quinq; anni, & Dominus illum locum
 per merita tanti viri ſublimare, dilatateq; dignatus eſt. **W**erres
 po Episcopo defuncto XIII. Kalend. Maiarum. Tozzo per electio-
 nem beati **MAGNI** ad **PONTIFICATVS** honorem à **PIPPINO** glorioſi
 Rege iam in vltimis ſuis deductus eſt. Sed finitis viginti quinq; annis
 beatus pater agrotare cepit, atq; infirmitate febrium languentem
 miſit ergo ad **THEODORVM** ſodalem ſuum, qui tunc temporis in **CAM-
 PEDONENſE** cellula morabatur, & acceſſit cum vt acceleraret, &
 eum viſitaret, & ſua viſitatione refoueret ſidiſſimum amicum. Ad-
 diens hoc **THEODORVS** commotione maxima de inualitudine tanti
 viri, animoque meſto, celeriter partes in illas profectus eſt, ſumens
 ſecum prout potuerat ea, quæ in infirmitate laboranti nouerat con-
 gruere, Veniens autem ad præfatam cellulam, inuenit beatum virum
 in maxima infirmitate detentum. Et miſit celeriter ad **TOZZO** **VI-
 CARI** Episcopum, intimans ei, vt acceleraret, & tatum patronum prius, quam
 ab hac luce ſeculari diſcederet, viſitare veniret. Cum audiviſſet
 hoc præfatus Episcopus velociter partes in illas profectus eſt, & po-
 uenit ad cenobiũ beati viri. Cumq; magnus patronus in infirmitate
 maxima laboraſſet, videns cum **TOZZO** Episcopus, cepit flere & do-
 re. Heu, heu pater amande, heu doctor egregie, in his periculis cel-
 orphanum me dimittis? Ad hæc beatus vir **MAGNVS** inquit. Noli
 re venerabile præful, quia me in tot mundialium perturbationũ
 peccatis laborantem cõſpicias: quoniam credo in miſericordia Dei, quod
 anima mea in immortalitatis libertate ſit gauſura; tamẽ de precor, vt
 rationibus tuis ſanctis mihi peccatori & anime meæ non deſinas adiu-
 uare. Inter hæc verba **B. MAGNVS** per dies tredecim laborans, expleuit
 26. annis morationis ſuæ in illo cenobio, ætatis verò ſuæ annis 73. in
 die ſancto **Dominico**, & in 8. Idus Sept. commendans ſe **Dominico** & ve-
 nerabili **Pontifici** in ſenectute bona, circa horã 9. diei ipſius **Dominici**
 ſanctã animã Deo reddidit, de huius vitæ liberatur ergo a ſulo. Fluo-
 ribus autẽ **EPISCOPO** & **THEODORO** coram lectulo eius, audita eſt vox.
Veni MAGNE, veni, ſuſcipe coronã, quã tibi Dñs pparatã habet. Audita
 ergo hac voce, dixit **TOZZO** ad **THEODORVM**. Ceſſemus flere fratres, q̃
 potius nobis oportet gaudere de animã eius in immortalitate ſuã. Et
 hoc ſigno audito, quã lucũ facere. Sed eam ad Eccleſiã, & pũtã
 riſſimo amico ſalutares hoſtias Dño imolare ſtudeamus. Finito itaque
 fraternæ cõmemorationis obſequio, inuenerũt ambo ſarcoſagũ cop-
 mũ lapideũ, à quodã duce antiquis tẽporibus nomine **AVZACO** con-
 ſtitutum.

structū, qui & ipsum castrū construxit, & à suo nōmine similiter **ABVZACVM** vocauit. Vnde fuit in ipso sarcofago positus, neq; sepultus quā. Purgato etgo ipso sarcofago, assumpserunt sanctū corpus, & recondiderunt in loco, vbi pater ipse sibi oraculū construxerat, & cooperuerunt humo, ponentes eius vitam in capite suo scriptam, virtutibusq; plenam, sub auctoritate **THEODORI** ita:

CAP. XXIX.

Protestatio Theodori Monachi, quod fideliter scripserit vitam B. Magni.

EGO itaq; **THEODORVS** Monachus ex Monasterio **S. GALLI** iustū **TOZZONIS** Episcopi, sicut à **THEODEGISELO** Monacho **S. COLVMBANI** de tāti viri cōuersationibus simul cū **B. COLVMBANO** cōperui, & oculis meis ipse vidi, & auribus audiui, seu postea, quā me reliquit in cellula **CAMPIDONENSE**, sicut postea à prafato venerabili Episcopo **TOZZONE** de virtutibus eius didici plurima, sed nō oīa in epistafio meo scribere curavi, & ad caput eius posui recōditum cum sepulchro, quatenus futuris tēporibus quando Domino reuelante corpus eius sanctū inuentū fuerit, sicut **Dño** annuēte illi, qui tūc tēporis pastores & rectores sancte Ecclesie fuerint, inuenerint iustū & dignū fore, ita ea corrigāt, quae corrigenda sunt, & quae emendāda sunt, emendent, nec non p me seruo Christi intercedere nō dedignētur, quatenus orationibus tanti patroni suffultus anima mea in requiē sempiternā pcedat.

CAPVT XXX.

De eo, quod Tozzo Episcopus cenobium S. Magni in necessariis semper adiunxit.

VIR ergo venerabilis Episcopus **Tozzo**, post obitum beati patroni **MAGNI**, prout potuit ipsum cenobium semper cum suis custodibus custodiuit, secundū facultatem loci regēs & gubernans, atq; disponens ea, quae ad ipsum Monasterium iure pertinere debebāt, custodiēs sanctū corpus cū Clericis & officiis diuinis atq; luminariibus vsq; ad obitū suū, q permanēs post discessū **B. MAGNI** in Episcopatu annos quinq;, & menses tres. **XVII. Kal. Febr.** vitam secularem finiuit, tradens ante obitum suum hereditatem suam ad sepulchrum beati **MAGNI** cum firmitate & stipulatione secundum legem **ALAMANNORVM**, sepultusq; à Clero suo est **AVGVSTENSIS** sub testimonio in eadem hereditate.

CAP.

CAPVT XXXI.

*De eo, quod post obitum Pippini Regis Theodorus ad S. Othmarum
venit, eiq; omnia, quae de B. Magno acciderant,
narravit.*

DEniq; post obitum gloriosi Regis PIPPINI filius litigantibus
erectus est VTILO, in DUCATV BAIORIVM, & GOTAFRI
regimine ALAMANNORVM. Sicque orta magna seditione & rixa inter
BAIARIOS & ALAMANNOS deuaftantes & depradantes seu spoliantes
omnia quae in marchis duorum regnorum confitebant, minime quie-
uit THEODORVS fidelis Monachus S. GALLI & MAGNI custodire lo-
cum CAMPIDONENSEM propter varias persecutiones, & malorum ho-
minum à pagensibus ipsius loci oppressiones in suis & suis, nec non in
semetipso, idcirco relinquens illum locum, profectus est ad Mon-
sterium S. GALLI, inuenitq; B. OTHMARVM ipsius Monasterii
senem & gradauū, prouecta q; ætatis, sed Domini gratia & Spiritus
plenum, & diuinis virtutibus imbutum, narrauit ei omnia de B. MA-
NO Confessore Christi, quae acciderant, & de loco CAMPIDONENSE
de persecutione plurima, quam passus est à paganis, vel à malis Chris-
tianis. Hæc audiens B. OTHMARVS dolens & miserens tanta per-
secutione, seu etiam & de sua ipsa, quam iam à pessimis Comitibus WA-
RINO & RVODHARDO, qui tunc temporis quasi totius ALAMANNIAE
ram administrabant, patiebatur, quendam de fratribus eius BARTHO-
LZVM Monachum optimum virum & prudentem, cum quatuor Mo-
nachis aliis illuc direxit, qui ipsum locum custodirent, donec Dominus
opitulante, pace reddita iterum à Rege KAROLO sublimaretur, permit-
tens THEODORVM morari in Monasterio B. GALLI vsq; ad obitum locuti

CAPVT XXXII.

*De eo, quod Karolus REX per Simpertum Episcopum Au-
gustensem, Monasterium S. Magni, & alia destruxit.
Et reparauit.*

Igitur KAROLO Rege consolidato & confirmato in prouincia GAL-
LIAE, restaurans & reedificans Ecclesias, quae à malis inuasoribus
desolatae erant, totam GERMANIAM Dominus sub suo iugavit imperio,
interfectis Principibus GERMANIAM possidentibus. Cumq; dis-
cessisset de B. OTHMARO iniuste acta, & ad finem obitus vsq; perducta

nec non de cœnobio CAMPIDONENSE, imò de ciuitate AVGVSTENSE, quippe de Monasterio S. AFRÆ, & cellam S. MAGNI penè destructā, & desolatam, compunctus corde, iterum reedificare cœpit ipsas Ecclesias, & sublimare. Constituit autem Episcopum SINTPERTVM nomine in ipsa ciuitate, & dedit secundum morem regum per firmitatis præceptum ad præfata loca omnia, quæ ab antecessore suo PIPPINO illuc tradita fuerant; insuper & addidit plurima. susceptumq; Episcopatum SINTPERTVS profectus est ad AVGVSTAM VINDELICVM, & per años triginta ferè rexit ipse Ecclesiam, construens BASILICAM S. AFRÆ & restaurans cœnobium S. MAGNI. Parochiā vero in ambarum partium LECHI fluminis per auctoritatem domini LEONIS tunc temporis PAPÆ, & confirmationem Domni KAROLI iam facti IMPERATORIS, in vtroq; regno simul Domino fauente coadunauit.

CAP. XXXIII.

*De translatione corporis beati Magni per Lantonem
Episcopum Augustensem.*

Qualiter ergo corpus B. MAGNI repertum sit, & inter cæteras virtutes, quæ ante sepulchrum eius Dominus per merita sua reuelare dignatus est, quam maximam virtutem tunc reperiēte corpore suo non est silendum. Defuncto autem SINDPERTO Episcopo, successor eius LANTO in Episcopatu pastoralis dicitur sumpsit. Sed cum non amplius, quàm septem annos in Pontificatus honore ipsam Ecclesiam regere visus est, minime quiuit aliquid ex his rebus sublimare, nisi tantum in BAIARIAM propter suam progeniem, quam ibi præsentem habebat, ea quæ potuit ad ipsam Ecclesiam adquisiuit. Finitis autem pertransactis septem annis temporibus suis, successores eius, qui in ipsa Ecclesia sancta constituti sunt, primus cœpit NITCARIVS à fundamentis Ecclesiam B. MAGNI construere, cæteri verò præfules eum subsequentes, prout potuerunt, similiter construxerunt, tamen non fuit aula Basilicæ ad perfectionem operis perducta.

FINIS.

cc

San-

UNIVERSITÄT
PADERBORN
27

1771
[Faint, mostly illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page]